Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26150
Copyright: Admont, Benediktinerstift

irarum. atque usabar gurgite flagitiorum et
facinorum. Invaluerat domine super me ira tua
et nesciebam. Obsurdueram stridore cate
ne mortalitatis meae. pena superbie ani
me meae. et ibam longius a te, et sinebas et iacta
bar. et effundebar. et diffluebam. et ebulliebam.
per fornicationes et iras meas, et tacebas. Tace
bas tunc et ego ibam porro longe a te domine deus
meus in plura et sterilia semina dolorum superba
deiectione et inquieta lassitudine. Non enim est
longe a nobis omnipotentia tua. etiam cum lon
ge sumus a te. Efferbui quoque miser sequens im
petum fluxus mei relicto te. et excessi omnia
legitima tua. nec evasi flagella tua. Quis
enim hoc mortalium. Nam tu semper aderas.
misericorditer seviens. et amarissimis aspergens of
fensionibus animi reatibus omnes illicitas io
cunditates meas. ut ita quererem